

Paibacher Diözesanblatt.

Nr. 11.

1882.

Inhalt: I. Epistola Encyclica Leonis XIII. de S. Francisco Assisiensi. — II. Ministerial-Erlaß betreffend die Matrikulirung von Eheschließungen und Sterbefällen. — III. Historia Cathedralis Ecclesiae Labacensis auctore Joanne Gregorio Thalnitschero (continuatio). — IV. Entsendung kirchlicher Paramente nach Bosnien. — V. Einladung zur Einführung der periodischen Eingaben und Ausweise. — VI. Pfarrconcess-Prüfung. — VII. Literatur. — VIII. Concurs-Berlautbarung. — IX. Chronik der Diözese.

I.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XIII. EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS VNIVERSOS CATHOLICI ORBIS
GRATIAM ET COMMUNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

VENERABILES FRATRES SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Auspicato concessum est populo christiano duorum virorum memoriam brevi temporis intervallo recolere, qui ad sempiterna sanctitatis praemia in caelum evocati, praeclaram alumnorum copiam, tamquam virtutum suarum perpetuo renascentem propaginem, in terris reliquerunt. — Siquidem post saecularia sollemnia ob memoriam Benedicti, monachorum in Occidente patris legiferi, proxima est occasio non dispar habendorum publice honorum Francisco Assisiensi, septimo post quam natus est exeunte saeculo. Quod sane contingere benigno quodam divinae providentiae consilio, non immerito arbitramur. Nam oblato ad celebrandum tantorum patrum natali die, homines admonere Deus velle videtur, ut summa illorum merita recordentur, simulque intelligent, conditos ab iis virorum religiosorum ordines tam indigne violari minime debuisse, in iis praesertim civitatibus, quibus incrementa humanitatis et gloriae labore, ingenio, sedulitate pepererunt. — Ista quidem sollemnia confidimus haud vacua fructu futura populo christiano, qui non sine caussa sodales religiosos amicorum loco semper habere consuevit: propterea sicut Benedicti nomen magna pietate gratoque animo honoravit, ita nunc Francisci memoriam festo cultu et multiplice significatione voluntatis est certatim renovaturus. Atque istud pietatis reverentiaeque honestum certamen non regione circumscribitur, in qua vir sanctissimus editus est in lucem, nec finitimus a praesentia eius nobilitatis spatiis: sed late est ad cunctas terrarum oras, quacumque Francisci aut nomen percrebuit, aut instituta vigent, propagatum.

Hunc animorum in re optima ardorem Nos certe sic probamus, ut nemo magis; praesertim quia Franciscum Assisiensem admirari praecipuaque religione colere ab adolescentia assuevimus; et in

familiam Franciscanam adscitos esse gloriamur; et sacra Alverniae iuga libentes atque alacres, pietatis caussa, non semel ascendimus: quo loco tanti viri imago, ubicumque poneremus vestigium, obiiciebatur animo, mentemque tacita cogitatione suspensam memor illa solitudo tenebat. — Sed quantumvis sit istud studium laudabile, tamen nequaquam in isto omnia. Ita enim de honoribus, qui beato Francisco properantur, statuendum, tunc maxime futuros ei, cui deferuntur, gratos, si fuerint iis ipsis, qui defenant, fructuosi. In hoc autem positus est fructus solidus minimeque caducus, ut cuius excellentem virtutem homines admirantur, similitudinem ejus aliquam adripiant, fierique studeant ipsius imitatione meliores. Quod, opitulante Deo, si studiose effecerint, profecto quae sita erit praesentium malorum opportuna et valde efficax medicina. — Vos itaque volumus, Venerabiles Fratres, per has Litteras alloqui, non modo pietatem erga Franciscum nostram publice testaturi, verum etiam vestram excitaturi caritatem, ut in hominum salute eo, quo diximus, curanda remedio Nobiscum pariter elaboretis.

Liberator generis humani Iesus Christus fons est perennis atque perpetuus omnium bonorum, quae ab infinita Dei benignitate ad nos proficiscuntur, ita plane ut qui semel mundum servavit, idem sit in omnes saeculorum aetates servaturus: *Nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.**) Si quando igitur naturae vitio aut hominum culpa contingat, ut in deteriori partem delabatur genus humanum, et singulari quadam ope indigere ad evadendum videatur, omnino recipere se ad Iesum Christum necesse est, atque istud putare maximum certissimumque perfugium. Divina enim illius virtus tam magna est tantumque pollet, ut omnium in ea vel periculorum depulsio vel malorum posita sanatio sit. Futura est autem certa sanatio, si modo ad professionem christiana sapientiae, et ad evangelica vivendi praecepta genus humanum reducatur. Iis autem, quae diximus, forte incidentibus malis, simul ac solatii venit divinitus provisa maturitas, fere iubet Deus, continuo virum aliquem in terris existere, non unum de multis, sed summum et singularem, quem restituendae salutis publicae praeferiat muneri. Atqui istud plane usuveniebat sub exitum saeculi duodecimi aliquantoque serius: fuit autem eius maximi operis perfector Franciscus.

Satis illa nota est aetas cum sua indole virtutum ac vitiorum. Insita altius in animis vigebat fides catholica: pulcrumque erat, complures pietatis fervore incensos in Palaestinam transmittere, qui vincere aut emori destinavissent. Sed tamen valde populares mores licentia mutaverat: nihilque erat tam hominibus necessarium, quam ut christianos spiritus revocarent. — Iamvero christiana virtutis caput est generosa animi affectio, rerum arduarum ac difficilium patiens: cuius forma quaedam in cruce adumbratur, quam, qui Christum sequi malunt, onusto ferrant humero necesse est. Illius autem partes affectionis sunt, abstinentem rerum mortalium animum gerere: sibimet acriter imperare: casus adversos facile moderateque ferre. Denique caritas in Deum in proximos una omnium est domina et regina virtutum; cuius tanta vis est, ut molestias, quae officium comitantur, omnes abstergeat, laboresque quantumvis magnos non tolerabiles solum efficiat, verum etiam iucundos.

Harum virtutum saeculo duodecimo magna apparebat inopia, cum nimis multi, penitus mancipati rebus humanis, aut appetentia honorum ac divitiarum insanirent, aut per luxum et libidines aetatem agerent. Plurimum valebant pauci; quorum opus fere in oppressionem miserae et contemptae multitudinis evaserant: atque huiusmodi vitiorum maculas ne ii quidem effugerant, qui disciplinae ceteris esse ex instituto debuissent. Et restincta passim caritate, variae quotidianaequae pestes consecutae erant invidere, aemulari, odisse; distractis adeo infestisque animis, ut ad minimam quamque caussam et civitates finitiae sese invicem praeliando conficerent, et cives cum civibus ferro inhumane decernerent.

*) Act. IV, 12.

In id saeculum Francisci cecidit aetas. Qui tamen mira constantia simplicitate pari aggressus est dictis et factis genuinam christianaem perfectionis imaginem senescenti mundo ad spectandum proponere. — Reapse, quemadmodum Dominicus Gusmanus pater integritatem caelestium doctrinarum per eadem tempora tuebatur, pravosque haereticorum errores luce christiana sapientiae depellebat, ita Franciscus, ad grandia ducente Deo, illud impetravit ut ad virtutem excitaret christianos homines, et diu multumque devios ad imitationem Christi traduceret. Non certe fortuito factum est, ut ad aures acciderent adolescentis illae ex Evangelio sententiae: *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.**) Et, *Si vis perfectus esse, vade, vende quae habes et da pauperibus . . . et veni, sequere me.***) Quae tamquam sibi nominatim dicta interpretatus, continuo abdicat se rebus omnibus: vestimenta mutat: paupertatem sibi sociam et comitem constituit in omni vita futuram: et maxima illa virtutum praecepta, quae celso erectoque animo amplexus erat, Ordinis sui velut fundamenta fore decernit. Ex eo tempore, inter tantam saeculi mollitiam fastidiumque delicatissimum, ille horrido cultu atque aspero incendere: victum ostiatim quaerere: et quae acerbissima putantur, insanae plebis ludibria non tam perferre quam vorare alacritate mirabili. Videlicet stultitiam Crucis Christi adsumpserat et probarat, ut absolutam sapientiam: cumque in eius augusta mysteria intelligendo penetravisset, vidit iudicavitque, nusquam posse gloriam suam melius collocari. — Una cum amore Crucis, pervasit Francisci pectus caritas vehemens, quae impulit hominem, ut propagandum nomen christianum animose susciperet, ob eamque caussam obviam sese vel manifesto capitis periculo ultiro offerret. Hac ille caritate homines completebatur universos: multo tamen cariores habuit egenos et sordidos, ita prorsus ut quos ceteri refugere aut superbius fastidire consuevissent iis potissimum ille delectari videretur. Qua ratione egregie de ea germanitate meruit, qua restituta perfectaque ex toto hominum genere unam velut familiam Christus Dominus conflavit, in postestate unius omnium parentis Dei constitutam.

Tot igitur virtutum praesidio atque hac praesertim asperitate vitae, studuit vir innocentissimus formam Iesu Christi, quoad poterat, in se ipse transferre. Sed divinae providentiae numen in hoc etiam eluxisse videtur, quod rerum externarum singulares quasdam cum divino Redemptore similitudines assecutus est. — Sic, ad exemplar Iesu, Francisco contigit, ut in lucem susciperetur in stabulo, ac tale stratum haberet puer infans, quale olim ipse Christus, tectam stramentis terram. Quo tempore, ut fertur, leves per sublime Angelorum chori, et mulcentes aera concentus similitudinem compleverunt. Item lectos quosdam, uti Christus Apostolos, sibi discipulos adiunxit, quos peragrare terras iuberet, christiana pacis ac sempiternae salutis nuntios. Pauperrimus, contumeliose illusus, repudiatus a suis, vel in hoc speciem Iesu Christi retulit, quod nec tantulum voluit habere proprium, quo caput reclinaret. Postrema similitudinis nota accessit, cum in Alverni montis vertice, velut in Calvario suo, novo ad illam aetatem exemplo, sacris stigmatibus corpori eius divinitus impressis, propemodum actus est in crucem. — Rem hoc loco commemoramus non minus miraculo nobilem, quam saeculorum praedicatione illustrem. Cum enim esset olim in cruciatuum Christi vehementi cogitatione defixus, eorumque vim acerbissimam ad se traduceret, et tamquam sitiens hauriret, delapsus e caelo repente Angelus se ostendit: unde arcana quaedam virtus cum subito emicuisse, palmas pedesque quasi transfixos clavis, itemque velut acuta cuspide vulneratum latus Franciscus sensit. Quo facto, ingentem caritatis ardorem concepit animo: corpore vivam expressamque vulnerum Iesu Christi in reliquum tempus imaginem gessit.

*) Matth. X, 9—10

**) Matth. XIX, 21.

Ista rerum miracula, angelico potius quam humano celebranda paeconio, satis demonstrant quantus ille vir, quamque dignus fuerit, quem aequalibus suis ad mores christianos revocandis Deus destinaret. Profecto ad Damiani aedem exaudita Francisco est maior humana vox, *I, labantem tuere domum meam.* Neque minus admirationis habet oblata divinitus Innocentio III species, cum sibi videre visus est Basilicae Lateranensis inclinata moenia humeris suis Franciscum sustinentem. Quorum vis ratioque portentorum perspicua est: nimur significabatur, christiana reipublicae non leve per ea tempora praesidium et columen Franciscum futurum. Revera nihil cunctatus est quin accingeretur. Duodenii illi, qui se in eius disciplinam primi contulerant, exigui instar seminis extiterunt, quod secundo Dei numine, auspiciisque Pontificis maximi, celeriter visum est in uberrimam segetem adolescere. Eis igitur ad Christi exempla sanctae institutis varias Italiae Europaeque regiones, Evangelii caussa, describit: dato certis inter eos negotio, ut in Africam usque traiificant. Nec mora: inopes, indocti, rudes, committunt tamen populo sese: in triviis plateisque, nullo loci apparatu nec pompa verborum, ad contemptum rerum humanarum cogitationemque futuri saeculi homines adhortari incipiunt. Mirum tam ineptis, ut videbantur operariis quantum respondit opera fructus. Ad eos enim confluere catervatim cupida audiendi multitudine: tum dolenter admissa deflere, oblivisci iniuriarum, compositisque dissidiis ad pacis consilia redire. Incredibile dictu est quanta inclinatione animorum ac prope impetu ad Franciscum turba raperetur. Assectabantur maximo concursu, quacumque ille ingrederetur: nec raro ex opipidis, ex urbibus frequentioribus universi promiscue cives homini erant supplices, ut se vellet in disciplinam rite accipere. — Quamobrem caussa nata est viro sanctissimo, cur sodalitatem *Tertii Ordinis* institueret, quae omnem hominum conditionem, omnem aetatem, utrumque sexum reciperet, nec familiae rerumque domesticarum vincula abrumperet. Eam quipppe prudenter temperavit non tam legibus propriis, quam ipsis legum evangelicarum partibus: quae sane nemini christiano graviores videantur. Videlicet praecepsis Dei Ecclesiaeque obtemperet: absint factiones et rixae: nihil detrahatur de aliena re: nisi pro religione patriaque, ne arma sumantur: modestia in victu cultuque servetur: faces sat luxus: periculosa chorearum artisque ludicrae lenocinia vitentur.

Facile est intelligere permagnas manare utilitates ex huiusmodi instituto debuisse cum salutari per se, tum ad eam tempestatem mirabiliter opportune. — Quam opportunitatem et satis indicant coalitae eiusdem generis ex Dominicana familia aliisque ordinibus sedalitates, et eventus ipse confirmat. Sane illi Franciscalium ordini nomen dare inflammato studio summaque voluntatum propensione ab infimis ad summos vulgo properabant. Optarunt ante alios hanc laudem Ludovicus IX Galliarum rex, et Elisabetha Hungarorum regum soboles: successere aetatum decursu plures ex Pontificibus maximis, item ex Cardinalibus, ex Episcopis, ex regibus, ex dynastis: qui omnes ins ignia Franciscalia non aliena esse a dignitate sua duxerunt. — Sodales tertii ordinis animum suum in tuenda religione catholica pium aequo ac fortis probavere: quarum virtutum si magnam ab improbis subierunt invidiam, ea tamen, quae honestissima est atque unice expetenda, sapientium et bonorum approbatione nunquam caruerunt. Immo Gregorius ipse IX Decessor Noster fidem ipsorum ac fortitudinem publice gratulatus, minime dubitavit et auctoritate sua defendere, et *milites Christi, Machabaeos alteros,* honoris caussa, appellare. — Neque carebat veritate laus. Magnum enim salutis publicae praesidium erat in illo hominum ordine: qui propositis sibi auctoris sui virtutibus et legibus, perficiebant, quoad facultas ferret, ut christiana honestatis decora in civitate reviviscerent. Certe ipsorum opera exemplisque extinctae saepe aut delinitae sunt factionum partes: erepta ab efferatorum dextris arma: litium et iurgiorum caussae sublatae: parta inopiae et solitudini solatia: castigata, fortunarum gurses et corruptelarum instrumentum luxuria. Quare pax domestica et tranquillitas publica, integritas morum et mansuetudo, rei familiaris

rectus usus et tutela, quae sunt optima humanitatis incolumentatisque firmamenta, ex tertio Franciscalium ordine, tamquam ex stirpe quadam, gignuntur: eorumque bonorum conservationem, magna ex parte Francisco debet Europa.

Plus tamen, quam ulla ex gentibus ceteris, Francisco debet Italia; quae sicut eius virtutibus princeps theatrum fuit, ita maxime beneficia sensit. — Et sane quo tempore multa multi pro iniuria contenderent, ille afflito et iacenti constanter porrexit dexteram: in summa egestate dives, numquam destitut alienam sublevare inopiam, immemor suae. Vagitus suaviter in eius ore patrius sermo recens: vim caritatis simul et poeticae expressit canticis, quae vulgus edisceret, quaeque admiratione visa sunt non indigna eruditiae posteritatis. Ad Francisci cogitationem, aura quaedam afflatusque humano augustinior ingenia nostrorum concitavit, ita quidem ut in eius rebus gestis pingendis, fingendis, caelandis summorum artificum industria certarit. Nactus est in Francisco Alighierus, quod grandiloquo pariter mollissimoque caneret versu: Cimabue et Giottus, quod Parrhasiis luminibus ad immortalitatem illustrarent, clari artifices aedificandi, quod magnificis operibus perficerent, vel ad sepulcrum hominis pauperculi, vel ad aedem Mariae Angelorum, tot tantorumque miraculorum testem. Ad haec autem templorum homines undique commeare frequentes solent, veneraturi Assisiensem patrem pauperum, cui, ut se rebus humanis despoliaverat funditus, ita divinae bonitatis large copioseque dona affluxerunt.

Igitur perspicuum est, in christianam civilemque rem publicam ab uno hoc homine vim beneficiorum influxisse. Sed quoniam ille eius spiritus, omnino excellenterque christianus, mirifice est ad omnia et loca et tempora accommodatus, nemo dubitaverit, quin Franciscalia instituta magnopere sint aetate hac nostra profutura. Eo vel magis, quod horum temporum ratio ad illorum rationem pluribus ex caussis videtur accedere. — Quemadmodum saeculo duodecimo, ita nunc non parum deferbuit divina caritas: nec levis est officiorum christianorum, partim ignoratione partim negligentia, perturbatio. Simili animorum cursu similibusque studiis in auctoribus vitae commodis, in consecrandis avide voluptatibus plerique aetatem consumunt. Difluentes luxuria, sua profundunt, aliena appetunt: fraternitatis humanae nomen extollentes, plura tamen fraterne dicunt quam faciunt: feruntur enim amore sui, et illa erga tenuiores atque inopes genuina caritas quotidie minuitur. — Per eam aetatem multiplex Albigenium error, concitandis adversus Ecclesiae potestatem turbis, una simul civitatem perturbarat, et ad quoddam *Socialismi* genus munierat iter. Hodieque similiter *Naturalismi* fautores propagatoresque creverunt; qui subesse Ecclesiae oportere pertinaciter negant, et longius, quo consentaneum est, gradatim procedentes, ne civili quidem potestati parcunt: vim et seditiones in populo probant: agrariam rem tentant: proletariorum cupiditatibus blandiuntur: domestici publicique ordinis fundamenta debilitant.

In his igitur tot tantisque incommodis, probe intelligitis, Venerabiles Fratres, spem sublevationis non exiguum collocari in institutis Franciscalibus merito posse, si modo in pristinum statum restituantur. — Iis enim florentibus, facile floreret et fides et pietas et omnis christiana laus: frangeretur ex lexi caducarum rerum appetitio, nec pertaederet, quod maximum atque odiosissimum plerisque putatur onus, domitas habere virtute cupiditates. Concordiae vere fraternalis vinculis colligati diligenter homines inter se, egenisque et calamitosis, quippe imaginem Christi gerentibus, eam, quam par est, reverentiam adhiberent. — Praeterea qui religione christiana penitus imbuti sunt, sentiunt iudicio certo, legitime imperantibus conscientia officii obtemperari, nullaque in re violari quemquam oportere: qua animi affectione nihil est efficacius ad extinguendam radicitus omnem in hoc genere vitiositatem, vim, iniurias, novarum rerum libidinem, invidiam inter varios civitatis ordines: in quibus omnibus initia simul atque arma *Socialismi* consistunt. — Denique illud etiam, in quo prudentes rerum civilium tanto opere laborant,

de locupletium et egenorum rationibus erit optime constitutum, hoc fixo et persuaso, non vacare dignitate paupertatem: divitem misericordem et munificum, pauperem sua sorte industriaque contentum esse oportere; cumque neuter sit ad haec commutabilia bona natus, alteri patientia, alteri liberalitate in caelum esse veniendum.

His de caassis Nobis est diu et magnopere in votis, ut quantum quisque potest in imitationem Francisci Assisiensis se intendat. — Idcirco sicut semper antea tertio Franciscalium ordini singulariem curam adhibuimus, ita nunc summa Dei benignitate ad gerendum Pontificatum maximum vocati, cum inciderit ut id peropportune fieri possit, christianos homines hortamur, ut nomen dare sanctae huic Iesu Christi militiae ne recusent. Plurimi numerantur passim ex utroque sexu, qui Patris Seraphici vestigiis alaci animo iam ingrediuntur. Quorum laudamus tale studium vehementerque probamus, ita tamen ut illud augeri et ad plures propagari, Vobis praesertim admittentibus, Venerabiles Fratres, velimus. — Et caput est commendationis Nostrae, ut qui insignia *Poenitentiae* induerint, imaginem spectent sanctissimi auctoris sui, ad eamque contendant: sine qua, quod inde expectaretur boni, nihil esset. Itaque date operam, ut *Tertium Ordinem* vulgo noscant atque ex veritate aestiment: providete, ut qui curam gerunt animarum, doceant sedulo qualis ille sit, quam facile unicuique pateat, quam magnis in animorum salutem privilegiis abundet, quantum utilitatis privatum et publice pollicetur. In quo eo magis est elaborandum, quod sodales Franciscales ordinis primi et alterius gravi in praesens perculsi plaga indigne laborant. Hi quidem utinam, parentis sui patrocinio defensi, celeriter ex tot fluctibus vegeti ei florentes emergant! Utinam etiam christiana gentes ad disciplinam tertii ordinis confluant, ita alacres itaque frequentes, ut olim undique ad Franciscum ipsum sese certatim effundebant! — Hoc autem maiore contentione poscimus et potiore iure ab Italicae genti et omni christiano orbi contingeret, ut se a perturbatione revocatum ad tranquillitatem, ab exitio ad salutem, hominis Assisiensis beneficio sentiret. Id quidem communis prece, per hos dies maxime, ab ipso Francisco flagitemus: idem contendamus a Maria Virgine matre Dei, quae famuli sui pietatem ac fidem caelesti tutela donisque singulis perpetuo remuneravit.

Interea caelestium munerum auspicem, et praecipuae Nostrae benevolentiae testem, Apostolicam benedictionem Vobis, Venerabiles Fratres, universoque Clero et populo singulis concredito, permanenter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XVII Septembris A. MDCCCLXXXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

LEO PP. XIII.

II.

Ministerial-Erlaß betreffend die Matrikulirung von Eheschließungen und Sterbefällen.

Das hohe k. k. Landespräsidium für Krain hat mit Note vom 14. September d. J. J. 8019 folgenden Erlaß des hohen k. k. Ministeriums des Innern vom 6. August I. J., J. 16258, wovon die Herren Matrikelführer zur Nachachtung hiemit verständigt werden, anher mitgetheilt:

„Es sind Zweifel aufgetaucht und beim hohen k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht Belehrungen darüber angesucht worden,

1. von welchem Seelsorger bei im Delegationswege vorgenommenen Trauungen die Eheschließung mit Reihezahl zu matrikuliren und demnach der Trauungsschein auszustellen sei?

2. in welcher Weise mit der Matrikulirung von Sterbefällen vorzugehen sei, wenn die Leiche des Verstorbenen zur Beerdigung in einen anderen Seelsorgekreis resp. Matrikenbezirk überführt wird?

Im Hinblick auf das erhobene praktische Bedürfnis einer bestimmten Richtschnur in diesen Beziehungen und auf die Abhilfe erheischende Gefahr von unzulässigen Doppel-Matrikulirungen hat sich das hohe k. k. Ministerium des Innern im Einvernehmen mit dem k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht bestimmt befunden, Nachstehendes anzuhören:

ad 1. Bei der Matrikulirung von Eheschließungen, die im Delegationswege in einem dritten Seelsorgekreis stattfinden, haben auch die Seelsorger einen ähnlichen Vorgang zu beobachten, wie solcher im §. 18 der Ministerialverordnung vom 1. Juli 1868 R.-G.-Bl. Nr. 80 in Uebereinstimmung mit den bestehenden Gesetzen vorgezeichnet wurde.

Es ist daher eine solche Eheschließung im Trauungsbuche der delegirten Seelsorge mit fortlaufender Reihezahl unter Beziehung des Delegationsbeschreibens des ordentlichen Seelsorgers und Angabe dieses Letzteren einzutragen und dem delegirenden Seelsorger binnen 8 Tagen anzuzeigen.

Der ordentliche Seelsorger dagegen hat gleich bei Ausfertigung des Schreibens, wodurch er einen anderen Seelsorger delegirt, diesen Umstand unter Benennung des delegirten Seelsorgers fortlaufend, jedoch ohne Reihezahl, in sein Trauungsbuch einzutragen und sobald ihm die vorgeschrifte Anzeige der geschehenen Abschließung der Ehe von dem hiezu delegirten Seelsorger zugeht, diese Thatsache der geschehenen Eintragung beizufügen.

ad 2. Jeder Sterbefall ist in der Matrik des Sterbeortes einzutragen, da die Umstände, zu deren Beurkundung die Sterbmatrik bestimmt ist, nur im Sterbeorte, beziehungsweise durch die Sterbmatrik dieses Ortes nachgewiesen werden können.

Uebrigens hatte das Hofdekret vom 19. Juli 1874, (Josef. G. S. Bd. 6 Seite 567—569) den Consistorien nur freigestellt, die Pfarrer zur Eintragung des Begräbnisortes in der Sterbmatrik, jedoch ohne Gröffnung einer besonderen Rubrik zu verbinden. Immerhin ist es aber zweckmäßig, daß wenn die Beerdigung an einem anderen Friedhof als jenem des Sterbeortes stattfindet, dies in der Anmerkungsrubrik der Sterbmatrik des Sterbeortes unter Bezeichnung des Beerdigungsorthes bemerkt, und daß die Beerdigung in dem Friedhofsregister des Beerdigungsorthes, wenn ein solches geführt wird, außer diesem Falle aber in der Sterbmatrik dieses Ortes u. zw. in der Art eingetragen werde, daß in derselben ohne Bezeichnung durch eine eigene Reihezahl auf dem betreffenden Blatte unter der Namensrubrik der Name des Beerdigten angeführt und ohne weitere Ausfüllung der übrigen Rubriken in der „Anmerkung“ ersichtlich gemacht werde, an welchem Tage die Beerdigung stattgefunden habe und in welchem Orte, beziehungsweise Pfarrbezirke der Beerdigte gestorben sei.

III.

Historia Cathedralis Ecclesiae Labacensis.

Auctore Ioanne Gregorio Thalnitschero I. U. D.

(Continuatio.)

Quatuor hanc divi Nicolai iconem stipant excellentes picturae, quae rariora et notabiliora ejus repreäsentant miracula. Ordiamur has eo ordine, quo pictae fuere, exponere, non quidem nostro, sed eleganti et exquisito stylo P. Petri Ribadeneira, ex cuius Flore Sanctorum has libavimus historias. Primam a sinistris introeunti sic idem author explicat:

„Miserat Imperator Constantinus tres tribunos militares, Nepotianum scilicet, Ursum et Herpilionem cum copiis non paucis, quibus exorta rebellio in Phrygia comprimeretur. Appulsi hi

fuerant tribuni ad oppidum urbi Myrensi subditum, ubi pro solenni suo milites eius oppidi mcolas depraedati in se concitaverant arma eorum. Rescit id forte s. Nicolaus, moxque eo convolavit, aversurus mala, quae patrari poterant, si manus invicem conseruissent. Et fuit tanta praesentis eius auctoritas, ut utrinque positis armis conquiescerent, et cederent nutui s. Pontificis, qui comiter tres praedictos tribunos suos in aedes invitavit, invitatos humaniter suscepit, susceptosque omni genere officii sibi deme-
runt. Cumque ab illis intellexisset, urbi praefectum nomine Eustachium, pecunia corruptum, tres hono-
ratos omnino cives, eosque innocuos ad mortem damnasse, eamque ob causam cives omnes tristitia
affici: sese vir sanctus repente proripuit, tresque tribunos illos, ut se commitari dignarentur, oravit.
Porro cum didicisset miseros illos ad locum suppicio destinatum ductos, et jamjam ictum car-
nificis excepturos, eo convolavit, ubi tres illos cives manibus colligatis, oculisque obligatis, ge-
nugflexos et carnificem sublato ferro jam jamque percussurum, populum quoque innumerum suspi-
rantem feroque huic spectaculo illacrimantem invenit. Improvisus hic s. Nicolaus affuit, suaque
praesentia carnificem terruit, et ei gladium manibus extorsit, innocuos erexit, erectisque vitam dona-
vit, nemine quidquam adversus hiscere auso. Tanta fuit eius auctoritas, tanta ab omnibus illi reve-
rentia deferebatur, quin et urbis praefectus ipse simul id quod evenerat intellexit, suaequa flagello
conscientiae ictus et Imperatoris Constantini vindictam veritus, si facinus forte rescisset, pedibus eius
advolutus, delicti veniam poposcit, enixeque rogavit, ne quidquam significaret Imperatori, deinceps pol-
licitus emendationem.“

Videamus modo qualiter paulo post alterae huic annexae imaginis historiam prosequatur.
„Divulgatum (ait) passim fuit hoc miraculum, mireque fama sanctitatis et reverentia erga virum sanc-
tum crevit; unde quisquis affligi vel periclitari se sentiebat, eum invocabat, opemque referebat. Inter
eos fuerunt nautae adeo horribili tempestate jactati, ut nullam vitae spem superesse crederent. Cumque
quid consilii capesserent, ambigerent, denique ad sacram refugientes anchoram Deum rogarunt, ut se
liberaret patrocinio s. Nicolai, qui mox eis apparuit, dixitque: „Ecce adsum, quem invocatis, opem, si
sperabitis, allaturus. In Deo confidite, cuius ego minister adveni.“ Nec mora, clavo cunctis aspec-
tantibus arrepto, navim servavit, tumidumque aequor placavit, atque hoc miraculum vectores omnes
stupore defixit, qui subito Myram profecti sunt, actum s. Pontifici grates pro tanto beneficio in se
collato. Quem cum in choro divina officia concinentem reperissent, pedibus eius advoluti, coram om-
nibus miraculum recensuerunt. At s. Nicolaus ingenuo rubore suffusus: „Date (inquit) Deo gloriam
filii, ego peccator sum et servus inutilis.“

Tertium miraculum, quod parte altera visitur, sic explicat: „Sed inter alia prodigia de s. Nicolao relata, quae post eius obitum patrata sunt, unum maxime eminent et est, quod nunc subjicio. Ibant aliquando multi peregrini navigio visitatum s. Nicolai tumulum, et diabolus, illo magnifico Dianaee templo (quod evertisse s. virum supra diximus) ejectus, vindices ex peregrinis viro sancto devotis poenas capturus, cum non posset Sanctum ipsum laedere, vultus induit mulieris, grande vas oleo plenum ferentis, peregrinosque alloquens ait, non ignorare se, quod ad s. Nicolaum peregrinarentur. Addidit porro se quoque libenter comitem eis fore, nisi ventriculi doloribus impediretur; sed cum sibi per eos dolores peregrinari non liceret, oravit, ut id oleum saltem susciperent et in lampadibus ad viri sancti tumulum suspensis arsurum suo nomine offerrent. Peregrini vas illud olei plenum suscepere, rati eum, quocum loquerentur, esse foeminam et quidem valdo Sancto devotam. Suborta fuit eis altero die gravis omnino tempestas, et reverti volentibus apparuit s. Nicolaus venerandi specie senis auctuaria vecti jubentisque, ut in mare dejicerent olei vas, quod illis obtulisset cacodaemon ora mulieris indutus; sic enim prospere

navigaturos. Paruere vectores et ex qua parte dejectum fuit oleum, terribilis exarsit in mari flamma, foetore adeo mista, nihil ut nisi Stygem redoleret.⁴

De quarto idem author sequentia promit: „Tanta Deus Lyciam annonae caritate affixerat, ut passim mortales fame perirent. Cui necessitati, quo consuleret, non suppeterant viro sancto granaria nisi preces, firmaque in Deum fiducia. Sub idem tempus, quidam mercator in Sicilia frumento navigium oneraverat, id in Hispaniam venditurus. Cumque jam portu soluturus esset, apparuit illi secundum nocturnam quietem s. Nicolaus, frumentumque ad Myram Lyceiae urbem jussit deportari, quod illic care venditurus, magnas inde referre divitias posset; quod ut crederet haud esse vanum, tribus aureis eius dextram implevit. Expergefactus mercator, ut aurum in manu cubileque conclusum vidi, divinum fuisse visum creditit. Quamobrem tensis repente carbasis, quo Deus vocabat, velificatus, et prosperis ventorum flatibus provectus, Myram pervenit, ubi care frumentum vendidit, admodum exhilaratus lucro, sed populus etiam magis frumento, modoque, quo fuerat a Deo suffragantibus sui sancti Pastoris meritis adjutus. Hucusque Ribadeneira, fol. 638.

Quibus ornamentis tholus Basilicae interim sit obductus (expectat enim hic pios et liberales maecenates, qui in magni Nicolai obsequium largam stipem tribuant, quibus ultima manus huic magnifico operi imponatur, quod demum omni decore exornatum futura demiretur posteritas), modo videamus. Eleganti hic arte nitet, qua tum urbis Labacensis, tum incliti Ducatus Carnioliae repraesentantur tutelares. Primo loco eminent Deus triunus cum intemerata Virgine, maxima Labaci tutelari. Proximum subtus locum occupat primarius Urbis et totius Dioecesis Patronus divus Nicolaus, Episc. Myren. Huius latera stipant magni indigetes hinc: Maximus Episc. Aemonensis et Pelagius civis Labacensis, inde Hermagoras et Fortunatus, a quibus lumen verae fidei hausit. Non procul inde cernitur s. Achatius, post memorandam anno 1593. contra Turcas ad Sisegk eius patrocinio felicem reportatam victoriam Carnioliae Patronus. Porro inde spectatur gloriosus Martyr Georgius, Arcis et Urbis Patronus secundarius; hic s. Vitalis cum s. Varia, quorum sacra corpora in hac cathedrali Basilica requiescunt. Duo demum genii Carnioliae et urbis Labacensis gentilitiis coloribus vestiti, quibus angeli tutelares adstant jugi litatione pro aris et phocis perorant. Triangularibus vero spatiis, quae tholum inter et majores arcus subjectos leviter inflectuntur, quatuor insunt Evangelistae, octo angelis adiectis, a quibus obsequiosa Patronis suis officia suavi gestu praestolantur.

Lustremus modo dextrum Basilicae brachium, boream versus porrectum, in quo altare sacratiss. Corporis Christi. In vertice fornicis spectatur Fides, subtus vero ad latera majoris fenestrae binae eius sorores, virtutes videlicet cardinales, Spes et Charitas.

In utroque pariete arcuato exhibentur memorables historiae augustissimae Domus Austriacae, cultui huic sacro Mysterio addictissimae, magni Rudolphi Imperatoris et Maximiliani, quorum primus de gente Habsburgica domum hanc reddidit augustam et pietate fundavit, cum Deum veneratus ex equo descendit, ut thronum ascenderet Occidentis, nunquam venatus felicius, quam dum angelici Panis esca aquilam cepit augustam. Equum donavit sacerdoti, pro quo a remuneratore omnium recepit imperium. Adoravit sub rotundo pane Deum Eucharisticum, quem paulo post orbis Dominum coluit terrae circulus; exemplo futurus posteris, ut noscant, fundamentum reipublicae esse veram religionem.

E regione huius posita imago nobis repraesentat Maximilianum Imperatorem, qui non procul ab Oeniponte in primo juventae flore nimio venandi studio abreptus usque adeo rupicapras insectatur, ut nec ulterius progredi, nec pedem efferre potuerit, nisi in praecipitum. Altera die, cum pius princeps, desperata in terris salute, coelestem opem imploraret, magna voce ad suos aulicos inferius suspi-

rantes inclamat, jubetque venerabile Dominici Corporis Sacramentum adferri, quo eminus adorato, cum ardenti affectu erga Deum aestuaret ac coelestibus contemplationibus unice vacaret, a propinquu strepitu avocatus, ignotum quendam juvenem intuetur, per tesqua et nivia ad se adrepere et remotis lapidum obicibus semitam explanare. Porrectae itaque ab eo dextrae innixus ad patentiorem viam incolumis descendit. Expertus hic Princeps est, quam sapienter spei anchoram in hoc sacratissimo Mysterio firmaverit.

Revertamur ad aliud crucis brachium meridiem versus, divo Dismae, agonizantium Patrono sacrum. Sacellum hoc jugiter peccatores ad salubrem poenitentiam invitat. A sinistris fenestrae majoris spectatur Poenitentia vultu macilento, habitu horrido, virgis et cilicio instructa, crucem animo contrito amplectens. Parte altera finalis Gratia, spetioso habitu et gratioso vultu coelum, quo tendit, respiciens

In pariete arcuato parte una cernitur Fuga in Egyptum, qualiter Deipara cum dilectissimo Neonato ac nutritio divo Josepho post apparitionem Angeli monentis, ut sese in Egyptum recipieren, in itinere suscepto in manus latronum inciderit, e quorum numero Dismas, gratiose vultu Jesuli, qui divinum quid spirabat, captivatus, suasor erat, ut socii scelestas manus cohiberent et hanc sacram familiam intactam relinquerent. — Ita Petrus Damianus, Dionysius Carthusianus et alii.

Parte altera Dismas suum detestatus facinus, merito cruciari immerito Christum asserit, malum in aerumnis corrigens socium Deum dilexit, hinc flamme baptizatur et sanguine; dum pro salute sua brevibus sed efficacibus verbis perorat: „Memento mei Domine dum veneris in regnum tuum“, a summo Sacerdote absolvitur, cum audierat: „Amen dico tibi, hodie tecum eris in Paradiso“. Tres ille actus: fidei, spei et charitatis una elicuit, ac sic felix in occasu iavenit ortum, aeternum futurus agnoscantem Patronum.

In summitate arcus spectatur s. Dysmas ad sibi promissum Paradysum et coelestem gloriam deduci et ingredi per ostium Christi, qui veritas est et vita.

Inter duas minores fenestras cernitur scutum, seu insigne Nobilis Societatis Unitorum, sub invocatione huius s. Dismae, agnoscantum Patroni, in quo 26 corda rubent inter binas cornu copias, quo innuitur fructus, qui ab hac confoederatione laudabili reportatur.

Subtus duo stant symulaera, Petrus et Magdalena, poenitentes ambo de commissis suis peccatis. Ille viros, haec foeminas suo exemplo invitat ad poenitentiam mature arripiendam.

E regione huius in Sacello sacratissimi Corporis Christi, quo denuo migremus, Julius exhibuit in summitate aiae insigne Archiconfraternitatis. Cor Christi, quinque vulneribus saucium, corona spinea tectum, cui calix Domini incumbit cum inscriptione: „Pignus Amoris“, subtus „Securi“; quo denotatur, quod huic almae Sodalitati adscripti pignus futurae felicis aeternitatis capiant, quo illius securi olim reddentur. Subtus bina pariter prostant symulaera ss. Simeonis et Judae Apostolorum, qua huic Mysterio summe addicti, cum in terris degerent, verum Deum sub specie panis latentem jugiter prae dicantes; hic lunae, alter solis idola prosternebant. Accessit et illud motivum, cum annue a dicta Confraternitate festiva solemnitate ad hanc aram colantur.

Supra quatuor loculamenta, quae, in pilis maximo hemispherio suppositis, vacua cernuntur, incumbunt scuta seu insignia Pii secundi, Pontificis, alias Aeneae Silvii, et Friderici III. Rom. Imperatoris; huius qua fundatoris, illius qua confirmatoris neo restaurati Episcopatus Labacensis; parte aversa Sigismundi Christophori ex Comitibus ab Herberstein et Ferdinandi ex Comitibus a Kuenburg, sub quorum regimine hoc opus propagatum fuit. Subtus adumbratae quatuor virtutes cardinales: **Justitia**, solio assidens, regali corona et sceptro adornata, sententiam prodens. — **Fortitudo**, ense armata et

scuto defensa, addita epigraphe: „His Frugibus.“ — **Prudentia**, dextra serpentem, sinistra calvariam gestans, philosophantis seu vitae finem¹ meditantis instar. — **Temperantia**, cuius capiti testudo incumbit, dextra frenum, sinistra corbulum stamineum tenens, quae servata mensura appetitus moderare novit, cum lemmate: „Virtus instrumentum.“

Laqueare navis artem omnem, ingenium, pompam et pretium excedit. Exhibit ibidem Julius trophyum s. Crucis, quod divus Nicolaus Martyribus in praemium gloriosae luctae ostentat. Novimus ex Ribadeneira fol. 637, quod hic sanctus episcopus et pastor, nec non defensor suae gregis, exorta imperante Diocletiano et Maximiano, utroque immani hoste Ecclesiae orthodoxae, gravissima tempestate, quae urbem quoque Myrensem inundaverat, ubi multi christianorum passi, multoque plures naufragium fecissent, ni sanctus Nicolaus, qua expertus nauclerus gubernaculum rexisset, suaque sanctitate ac prudentia sustentasset vacillantem reipublicae navim, tot tamque diris procellis oppugnatam. Ipse magnanimi ducis instar inimicis obviam prodibat, ipse pusillanimes animabat, ipse desolatos consolabatur, omneque martyrium exhortabatur. Ipse multos nutantes ne laberentur tenebat, ipse jam lapsos erigebat, eosque verbis exemplisque corroborabat, ut alacriter pro Deo vitam cum sanguine pro funderent. Qua artis peritia totam rei seriem expresserit, impar calamus est noster singula pro dignitate sua prosequi. Deum cruci affixum a reliquis saeculorum miraculum futurum singulari arte conficit, ut omnium intuentium oculos fallat, quasi in altum prostaret.

Subtus inter fenestrarum seriem mirabili arte confecti duodecim spectantur Apostoli sedentes. Supra in intercolumniis ipsi fenestrarum insidentes cernuntur coelites, quorum aliqui palmas, alii lilia, nonnulli aliud florarum genus gestant. Trabibus flexuosis invicem coēuntibus incumbunt Virtutes vitiis capitalibus oppositae: Humilitas, Liberalitas, Castitas et reliquae.

Infra coronam inter parastatas juxta oratoria marmororum more adumbrantur sequentes virtutes: supra primo Sacello Vigilantia et Oratio, secundo: Amor Dei et Amor virtutis, tertio: Munditia cordis et Mansuetudo, quarto: Eleemosyna et Misericordia, quinto: Jejunium et Contemptus mundi, sexto: Dignitas et Discretio.

In facie interiori supra portam majorem ad latera fenestrae majoris, quae exeuntibus objicitur, parte una spirantibus coloribus expressit Wandalum, qui, postquam teste Ribadeneira loco citato, aliis adjunctus ex Africa in Calabriam irruperat, ac in domo quadam christiani s. Nicolai Pontificis iconem repererat, secum tulit, nescius, quid esset. Ex Africa reversus, cuius esset icon, percontatus, audiit a christianis, iconem esse cuiusdam s. Episcopi Nicolai, cuius opera Deus multa miracula patraret, quique clientes sibi devotos multo favore prosequeretur. Hinc cum s. Nicolai iconem in suo gazophylacio deposisset et cuiusdam negotii ergo peregre proficiisci coactus esset, ad iconem viri sancti conversus ait: „O Nicolae, quando adeo potens es, meam mihi domum custodi et quidquid ea continetur.“ Barbaro suas aedes egresso, subiere fures, qui depraedati sunt eas, et ille redux, ut illas inanes sensit, iratus viro sancto, cepit eius iconem pugnis contundere ac verberibus, minarique flamas eidem, ni quae fuerant ablata protinus recuperaret.

Parte altera depinxit, qualiter sub idem tempus apparuit s. Nicolaus latronibus admodum praeda laetis, quibus serio imperavit, ut eam statim restituerent diras omnes minatus, ni protinus imperatis obtemperassent. Ergo statim fures praedam retulerant, et Wandalus rei novitate stupefactus, ad catholicam fidem conversus est cum conjuge familiaque, templumque in honorem s. Nicolai construxit, in quo sese mortuum voluit humari.

Subtus supra portam majorem ultimo apte eo locorum efformavit factis dignam historiam divi Sancti electionem in Archiepiscopum Myrensem. Cum ipse divino instinctu sub idem tempus, quo episcopi suffraganei, Myram Lyciae metropolim, dignum hac urbe pontificem electuri convenerant, eo se reciperet. Cupiebant omnes electum fuisse officio quam maxime idoneum; precibus proinde instant, ut sibi divina bonitas ad hoc munus omnium dignissimum inspiraret. Orationi intentis revelavit Deus seni cuidam episcoporum, sanctoque viro, ut eligerent eum, qui sequenti die primus Ecclesiam ingressus, Nicolaus vocaretur. Quod divinum mox oraculum Episcopis, Cleroque indicavit, placuitque omnibus ita fieri. Quapropter cum vetuissent, ne quis Ecclesia exiret, omnes illic in precibus pernoctarent. Similiter Nicolaus pro more suo totam illam noctem Deum laudando contemplandoque exegit, divinique nescius consilii, sub aurorae ortum Templum petiit, cuius in limine Episcopus, cui divinum redditum fuit oraculum, expectabat. Quem cum ingredientem viderat, percontatus, quod ei esset nomen, audiit ab eo: „Peccator sum et servus inutilis, nomine Nicolaus.“ — Episcopus et vultum, morumque et verborum modestiam contemplatus, ut etiam nomen eius oraculo convenire sensit, Nicolaum manu prehensum ad reliquos duxit episcopos, qui subito eum laeti collectante populo Myrensem Episcopum consecrarunt.

Ne quid a nobis hoc loco omissum quaeratur posteritas, Sacrarium lustremus, cuius laqueare pariter Julius pretiosis suis coloribus decoravit; repraesentando Ozam, qualiter reducente David Arcam a domo Abinadab, cum ventum ad aream Nachon, ex eo quod extenderit manum ad Arcam Dei attigit et tenuit eam, a Domino ob temeritatem occisus et mortuus est juxta arcam Dei. (Reg. 2. 6.) — Una ex duabus vaccis, quae arcam ducebant, oculos multorum detinet, et in admirationem rapit, cum intuentes, in quemcunque Sacrarii angelum ii se receperint, sequatur.

CAPUT XX.

De benefactoribus cathedralis Ecclesiae.

Benefactores, quorum nomina dudum scripta sunt in coelis, notentur et in terris, hoc libro repositi; vivet eorum memoria in animis posteriorum per omnia futura tempora, qui minimam opem ad construendum templum Dei praestiterunt.

Incliti Status Carnioliae annuatim 500 fl.; Sigismundus Christophorus, Episc. Labacensis, restantias subditorum Oberburgensem; Ferdinandus ex comitibus de Künburg, Episcopus Labac., 1000 fl. et item 800 fl., in positione primi lapidis 100 aureos in specie; Joannes Bapt. Preschern, Praepositus Labacensis 500 fl.; Joannes Antonius Thalnitcher de Thalberg, Decanus Labac., 6000 fl.; Georgius Wettstain, Canonicus Labac., torquem aureum 300 fl.; Maximilianus Leopoldus Rasp, Plebanus Lithopolitanus, 500 fl.; Joannes Jacobus de et a Schelenburg 1500 fl.; Petrus Antonius Codelli a Fanenfeld . . . item pro campana 5000 fl.

CAPUT XXI.

De bibliotheca publica Nicolajena.

Pervenimus ad bibliothecam publicam Nicolejanam, bonarum artium studiis et doctorum hominum usui destinatam. Reperitur eadem actu, dum haec scribimus, supra Sacrarium Neo-Basilicae cathedralis, divo Nicolao sacrae, quae ibidem stabilem locum haud habebit, sed alium ampliorem locum expectat ob copiam voluminum et librorum quia eo liberali manu cultorum rei litterariae indies confluent. Fundarunt eandem initio vergentis saeculi aevi illius Episcopus, Praepositus ac Decanus, ut constat ex instrumento, quod subjungimus, huius tenoris:

In Nomine DEI Amen.

Cum ea, quae in tempore geruntur, non raro eiusdem temporis successu memoriae humanae surripiantur, necesse est, ut acta hominum scripturae beneficio cautius aeternentur. Constat igitur praesentibus ac posteris praesens instrumentum visuris, quod Nos Sigismundus Christophorus, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Labacensis, Sac. Rom. Imperii Princeps ac Comes ab Herberstain et Joannes Baptista Preschern, Cathedralis Ecclesiae Labacensis Praepositus ac inclytæ Provinciae Carnioliae p. t. Deputatus et Joannes Antonius Thalnitscher a Thalberg, Cathedralis Ecclesiae Decanus et alte memoratae Celsitudinis Suae Vicarius Generalis, ad augendum cultum divinum, animarum salutem ac profectum, singulari erga artes liberales propensione Bibliothecam publicam erigere, ac respective fundare statuerimus, obligantes nos hisce simul ac in solidum ad contribuendos omnes nostros libros, quos pro nunc possidemus, ac comparabimus, prouti eosdem praefatae a nobis fundatae publicae Bibliothecæ prævia matura deliberatione harum serie donamus, et irrevocabiliter donatos declaramus juxta specificationes, quae a nobis subscriptae ad archivium Episcopale et Capitulare repositae fuerunt.

Libri praefato modo specificati observabuntur a modernis possessoribus, seu quibus ii eosdem durante vita sua, ac constructione loci (quem judicamus aptissimum futurum supra Sacristiam cum nova Cathedrali Ecclesia construendum) custodiendos concredent; post obitum vero eorundem, constructisque pro reponendis libris idoneis armariis omnes ad eandem mox transferri debebunt, ex quibus nullus unquam liber sub poena excommunicationis latae sententiae juxta affigendas ad limen portae patentes tam ab extradentibus, quam recipientibus etiam ad unicam horam incurrandae, commodari, seu ex Bibliotheca alio transferri poterit. Ut vero libri debito in ordine conserventur, ac litterarum amatoribus statis horis accessus ad eosdem pateat, necessario provideri debebit huic Bibliothecæ de idonea persona, onera Bibliothecarii, ac pro iisdem congruam recognitionem receptura.

Hinc ego supramemoratus Episcopus confidens, quod tam mei praelibati confundatores, quam alii boni publici ac artium liberalium cultores, mox nominanda emolumenta pro manutenenda Bibliotheca, nec non stipendiando Bibliothecario de suo augmentaturi sint, Capitale florenorum duorum milium v. g. ad eundem finem pro fundando Bibliothecario de meis bonis destino ac deputo, ita, ut eiusdem Capitalis censem post mortem meam juxta in testamento meo contenta a me seu successoribus in Episcopatu meis nominandus Bibliothecarius perpetuo recipere valeat; e contra vero sit iste obligatus libros Bibliothecæ debito in ordine repositos conservare, Bibliothecam singulis diebus ferialibus (excepta feria 5ta.), in aestate ab hora sexta matutina usque ad octavam, et in hieme ab hora nona usque ad undecimam; a prandiis vero tam in aestate quam in hieme ab hora secunda usque ad tertiam apertam tenere,

et ne aliquod damnum inferatur, diligenter invigilare. Jus suscipiendi Bibliothecarium praefatorum duorum millium censum recepturum sit semper penes Episcopum Labacensem pro tempore futurum, ita tamen, ut sub poena nullitatis semper unum ex Officialibus sacerdotibus Ven. Capituli Labacensis selige ac pro Bibliothecario determinare teneatur.

In quorum omnium ac singulorum fidem hoc instrumentum manu propria subscrisimus ac Sigillis nostris communivimus.

Labaci die 30. Maii Anno 1701.

Sigismundus Christ., Episcopus Labacensis.

Joannes Bapt. Preschern, Praepositus.

Joannes Ant. Thalnitscher de Thalberg, Decanus.

(Continuabitur.)

IV.

Entsendung entbehrlicher kirchlicher Paramente nach Bosnien.

Die Kirchen Bosniens sind in einem sehr erbärmlichen und elenden Zustande, so daß der Gottesdienst aus Mangel an dazu nothwendigen Paramenten und Utensilien, oder wegen deren sehr schlechten Zustandes auf keine würdige Weise gefeiert werden kann.

Zur Hebung dieses mißlichen Zustandes können die bosnischen Katholiken beinahe gar nichts beitragen, da sie ihrer großen Mehrzahl nach der ärmsten Bevölkerungsklasse angehören, was um so betrübender ist, da ihnen in dieser Beziehung die Schismatiker an vielen Orten, Sarajevo nicht ausgenommen, voraus sind.

Vieles haben zwar die Gläubigen der Laibacher Diözese für Bosnien schon geleistet, bedeutende Geldsummen und mehrere Sendungen von kirchlichen Utensilien sind hinab geschickt worden, allein es ist dadurch den großen Bedürfnissen noch nicht abgeholfen worden.

Da sich nun der Herr Ritter von Dahmen aus Wien bewogen gefunden hat, in einigen Diözesen um entbehrliche Paramente und Utensilien zu Gunsten der Kirchen in Bosnien anzuflehen, so wird auf ein spezielles Ansuchen des hochwürdigsten erzbischöflichen Ordinariates in Sarajevo den hochw. Kirchenvorsteihungen der Laibacher Diözese mit größtem Vergnügen hiemit die Bewilligung erteilt, die entbehrlichen, jedoch noch brauchbaren Paramente und Utensilien zum Besten der Kirchen in Bosnien abtreten zu dürfen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 20. October 1882.

Chrysostomus m. p.
Fürstbischof.

V.

Einladung zur Einsendung der periodischen Eingaben und Ausweise.

Die hochwürdigen Herren Decanats-Curaten wollen von dem zu Ende gehenden Solarjahre 1882 folgende periodische Eingaben und Ausweise an die betreffenden Decanatsämter, und diese an das Ordinariat einsenden, und zwar:

1. Die Angabe der Seelenzahl jeder einzelnen Curazie.
2. Den Bedarf an Directorien und Schematismen für das Jahr 1883.
3. Den Ausweis der Bevölkerung nach der Religionsverschiedenheit.
4. Die Angabe allfälliger Abänderungen in der Poststation oder Postexpedition, zu welcher die einzelnen Curazien des Decanates gehören.
5. Die Angabe der geistlichen Bezirks- und Ortschulinspectoren.
6. Die Angabe etwaiger Defekte, welche im heurigen Diözesan-Schematismus vorkommen und der Daten, welche zur vervollständigung des Local-Index dienen.

Vom fürstbischoflichen Ordinariate Laibach am 2. October 1882.

Chrysostomus m. p.
Fürstbischof.

VI.

Pfarrconcurs-Prüfung.

An der am 3., 4. und 5. October 1. J. stattgefundenen Pfarrconcurs-Prüfung beteiligten sich zwei Diözesanpriester, und zwar die hochw. Herren: Johann Novak, Pfarrcooperator in Mošnje und Johann Tavčar, Pfarradministrator in Weissenfels.

Die schriftlich auszuarbeitenden Concursfragen lauteten:

Ex Theologia dogmatica: 1. Exponatur et defendatur cultus Cordis Jesu. — 2. A Deo omnibus hominibus suppeditari sufficientem gratiam, probetur.

Ex Theologia morali: 1. Quinam sunt effectus peccati mortalis? qui vero peccati venialis? — 2. Virtutis humilitatis natura et momentum exponatur.

E jure canonico: 1. Allatis breviter diversis tolerantiae speciebus exponantur accuratius principia catholica circa communicationem cum acatholicis in sacris. — 2. Quaenam sunt causae canonicae separationis conjugum a thoro et mensa?

Expositio exegetico-homiletica: Fiat (lingua vernacula) exegetico-homiletica expositio pericoparum epistolae atque evangelii, quae leguntur Dominica 14. post Pentecosten, nimurum epistolae ad Galatas cap. 5. a versu 16. usque ad versum 24. et evangelii s. Matthaei cap. 6. a versu 24. usque ad versum 33. incl.

Iz duhovnega pastirstva: 1. Koliko je spovedna pravica navadnim spovednikom okrajšana? — 2. Katerih vprašanj je treba, da se nepopolna spoved dopolni? — 3. Kako je ravnati z nekatoličanom, ki se hoče vrniti v katoliško Cerkev?

Pridiga: Naj se napravi govor o svetem rožnem vencu. Vpeljava in sklep naj se popolno izdelata, izpeljava pa naj se samo bogato osnuje.

Krščanski nauk: Po katerih znamenjih se spozna prava Jesusova Cerkev?

VII.

Literatur.

„Kruh nebeški“ ali navod pobožno moliti in častiti presveto Rešnje Telo. Na svetlo dal Janez Zupančič župnik. V Ljubljani 1882. — To je naslov lepi molitveni knjižici, ki je pred kratkim zagledala beli dan v drugem zlepšanem in pomnoženem natisu. Ime pisatelja, ki obogatuje naše duhovno slovstvo leta za letom z neprecenljivimi knjigami, med katerimi naj v misel vzamemo le izvrstno „Dušno pomoč“ v dveh

zvezkih, vže dovolj priporoča ravno omenjeno molitveno knjižico. Namen je imel izdatelj pred vsem ponuditi že njo udom bratovščine vednega češčenja presv. Zakramenta navod, kako da bi z večjim pridom in prisrčneje opravljali svoje meščne ure, kadar molijo Jezusa v tem najsvetjem Zakramantu. Na 474. stranah so razvrstene te molitve v pet razdelkov. Prvi razdelek nam poda „štiri načine moliti in čestiti sv. Rešnje Telo“; drugi nas uči „počeščevanja sv. Rešnjega Telesa pri božjem grobu veliki teden, pustne dni, ali kadar je k češčenju postavljeno“; tretji obseza „prvo slovesno obhajilo otrok“; v četrtem se nahajajo jutranje, večerne, mašne, spovedne in obhajilne molitve z litanijami in križevim potom, in v zadnjem razdelku so molitve za posamezne dni v tednu. Za to knjižico govori razen imena pisateljevega tudi ta za slovensko slovstvo res nenavadna prikazen, da je bila namreč prva izdaja tega molitvenika v 2000 iztisih razprodana v šestih mesecih, in da se je morala vsled vednega popraševanja naglo pre-skrbeti druga izdaja. Ves čisti dohodek te knjige je pisatelj blagodušno namenil v prid novi deški sirotinci, katero z mnogimi stroški zida društvo sv. Vincencija v Ljubljani. Da se podpre ta blagi namen, priporočamo to knjigo posebno č. g. duhovnikom po kmetih (v Ljubljani je ona vže dovolj zaslula), da naj jo razširjajo med ude bratovščine sv. R. T., g. katehetom, da jo omisljajo onim, ki pristopijo vprvič k sv. obhajilu in sploh tudi neudom bratovščine, katerih je želja prav iskreno častiti presv. Rešnje Telo.

Jezik v tej knjigi je, kakor tvarini pristuje, blag, čist in prisrčen, papir lep, tisk velik in snažen. Knjigo prodaja „Katoliška bukvarna“ v Ljubljani. Cena jej je: na pol usnje 70 kr., v usnji z marmeljno ali karminsko obrezo 90 kr., z zlato obrezo 1 gl.; dobé se pa tudi še bolj okrašene vezí na izbiro. A.

VIII.

Concurs-Verlaufbarung.

Die dem Patronate des Laibacher Domcapitels I. f. Stiftung unterstehende Pfarrre Brdo bei Podpeč ist in Erledigung gekommen, und wird dieselbe unterm 24. October d. J. zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an das hohwürdige Domcapitel in Laibach zu richten.

IX.

Chronik der Diözese.

Der Pfarradministrator zu St. Magdalena in Gora ob Idria, Herr Bartholomäus Primožič, wurde zum Curaten von Vrabče bestellt.

Der Pfarrer in Brdo bei Podpeč, Herr Josef Razboršek, wurde zum Pfarrer von Veldes ernannt.

Der hochwürdige Herr Matthias Videmšek, Pfarradministrator in Osilnica, wurde für die dortige Pfarrpfarnde präsentiert.

Die canonische Investitur erhielt am 27. September der hochwürdige Herr Franz Groznik auf das Curatbeneficium zu St. Veit bei Sittich.

Bom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 23. October 1882.